

## C A P U T I I.

accedat, ne dicatur quod de Atheniensibus refert Cicero  
in Catone majore: Athenienses sciunt quidem quid fa-  
cere debeant, sed facere nolunt. Nec enim γνῶσις vi-  
tutis est proxima via ad felicitatem, sed πρᾶξις. *canoy.*  
*cognitio viytū*

3. Virtus est habitus cum recta ratione ele- ttic virtus su-  
ctivus, quo homo est promptus ad honestè viven- mit pro habita-  
dum. motu.

S C H O L . Virtus in Ethica primas tenet, siquidem,,  
ex ea omnis actio honesta instituitur & aestimatur, adeo ,,  
ut, quanto magis actio discedit à Virtute, aureâ illâ me-,,  
diocitate, tanto minus honesta dicenda sit. Nomen,  
habere creditur à viro, quod Virtus virum maximè de-  
ceat; unde antiquitus fortitudini primum tributa fuit, &  
frequenter σωεκδογκώς pro fortitudine sumitur. Græcè  
dicitur Ἄρετη, vel ab Ἄρης Mars, & sic notatur virtus bel-  
lica, vel ab αἱρέω eligo, quod maximè sit αἱρέτη eligibilis,  
vel denique, quod videtur accommodatius, ab Δρόσκω,  
quod omnibus sit Δρέπη ή Δρεση, id est, grata & jucunda.  
Quamvis enim apud multos algeat, laudatur tamen,  
etiam in hoste, ut satis hinc constet, Virtutem per se  
esse laudabilem. Porro quum Virtus dicitur habitus,  
indicatur non esse levem aliquam qualitatem, quæ citò  
fiat & pereat, sed firmam & constantem, δυσκινητην, ex  
qua homo ad rectè agendum semper est paratus.

S. & C. Conjurant fuis cum animis  
electores proposito et genilio  
aliquatenus.

2. Qui enim hodie facit quod rectum est, cras vero securus,  
3. secundum Virtutem egisse dici minimè potest. Qui  
4. invitus facit honestum, non facit honestè, id est, ex vir-  
4. tute. Virtus enim semper deposita promtam, eamque  
constantem voluntatem. Additur in definitione cum  
recta ratione electivus, μετὰ λόγων ἀληθοῦς προαιρετικῶν.  
5. Non enim virtus immediate ostitur ex principiis naturæ,  
sed cum recta ratione & consilio eligitur & acquiritur.

Recte igitur Aristoteles lib. 1. Ethic. cap. 4. in Virtute,  
vel potius homine *ωρονδαιώ* requirit, ut  
agat sciens, volens & con-  
stans.